1

1485. V

Joannes Amor de Tarnow Palatinus Cracoviensis, vigore præsentium recognoscimus, Quomodo Iudæi Cracovienses Ditioni et Potestati Nostræ Palatinatus dediti, et subiecti, ad Nostram accedentes præsentiam, non nullos Articulos, Puncta, et quasdam Ordinationes, et Statuta, videlicet infrascripta, benevolè, non coacti, Civitati tenere et inviolabiliter observare, compromiserunt. Primo quia mercari non debent, et omnes res Mercatorias volunt et debent omittere, non debent, neque volunt, recipere à Mercatoribus res aliquas Mercatorias, et easdem vendere Christianis per Nomines eorundem, quocunque Nomine vocarentur, nisi ipsorum Vadia propria quæ ipsis invadiantur per Christianos, et postea non eximuntur, sed apud ipsos manent, et perduntur in Usura vulgariter Tystoiassiya. Item omnia possunt vendere, super quæ

Iuramenta possunt facere, et docere
Iuramento, quod iam essent illorum pro-
pria, et eadem possunt vendere in Domi-
bus eorum temporum occurrentium Item
eadem Vadia non debent portare per Ci-
vitatem vendentes, nisi in duobus diebus
Forensibus, videlicet Feriâ Tertiâ, et Fe-
riâ Sextâ et in Foro Annuali. Et quicun-
que Iudaeorum vel Iudaearum
portare vendendo per Civitatem
inveniretur, seu arrestaretur, quod
vellet vendere quascunque res sive
novas, sive veteres demptis prae-
fatis diebus Forensibus, et Annu-
ali Foro, debent sibi recipi, et Iu-
daeus sive Iudaea debet castigari
Sessione et Poena Domino Palatino
Trium Marcarum. Item Iudaei sive
Iudaeae pauperes debent ac possunt
vendere pepla et collaria quae soli la-
borant et operantur. Ut autem praemissa
habeant

habeant robur perpetuae firmitatis, Sigillum
Nostrum jussimus praesentibus imprimendum.
Datum Cracoviae Feriâ Tertiâ infrâ Octavas Cor-
poris Christi. Anno Domini, Millesimo, Qua-
dringentesimo, Octuagesimo Quinto, Sigillum
impressum.

Ex Codice Judicium ac
Privilegiorum Urbis Cra-
coviae descriptum

Podano 1485 we Wtorek
Oktawy Bożego Ciała

~~Nr~~ 2 Dxien:

J. W. Jan Amor de Tarnow Wojewoda Krakowski pozwala Detto detto
ich w pierwszym

Joannes Amor de Tar-
now Palatinus Cracov-
ien. Pacta Judaeorum ut
Civitate Cracovien. fact.
Approbat

Cracoviae Feria Tertia in
Octavas Corporis Christi
Anno Dni 1485.